

potest autem fieri, ut diligas Christum, non dicit, nisi Christum? Hoc fere integro libro, de Fide, & spiritibus maxime cap. 22, & 23. Sed quia de hac re satis egimus Tom. 7, in 1. 2. Tract. de Veritatibus Qu. 3. Dub. 4. ne eadem hic repetatur, illuc Lectorem remitto, ubi Adversariorum momenta dissipata videbit.

## QUESTIO IV.

De Actu Externo Fidei.

De externa fidei confessione in hac questione agemus, nimirum, an sit actus procedens a fide: an de ea deus preceptum, & ad quod obliget, nec non quando.

## DUBIUM I.

An Confessio Exterior Fidei sit Actus Elicitus a Fide?

## §. I.

Resoluitio Dubii.

I. Dico. Confessio exterior fidei est actus elicitus a fide. Ita S. Thom. 2. 2. qu. 2. art. 1. Et P. Oviedo sentiat oppositum. Probatur autem ratione S. Doctoris sic: *Actus exterioris illius virtutis proprie sunt actus, ad cuius finem secundum speciem referuntur: sicut jejunare secundum suam speciem referitur ad finem abstinentie, que est compescere carnem; & ideo est actus abstinentie: sed confessio eorum, que sunt fidei, secundum suam speciem ordinatur, sicut ad finem, ad id, quod est fidei, secundum illud 2. ad Cor. 4. ver. 13. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquamur. Ergo &c.* Tum etiam quia exterior locutio ordinatur ad significandum id, quod in corde concipitur; ergo sic ut conceptus interior eorum, que sunt fidei, est proprie fidei actus: ita etiam & exterior confessio.

II. Ex qua ratione patet, mentem S. Thomae esse, quod exterior confessio fidei sit actus elicitus a fide, & non solum imperatus. Nam dicit, quod exterior confessio fidei secundum suam speciem ordinatur, sicut ad finem, ad id, quod est fidei: sed actus mere imperatus, & non elicitus ab aliqua virtute, non ordinatur secundum speciem suam ad finem virtutis imperantis, sed solum secundum accidens, quatenus participat de imperio talis virtutis: actus enim jejunandi, quia est actus solum imperatus a charitate, non ordinatur secundum speciem suam ad finem charitatis, sed tantum secundum accidens: quatenus hic & nunc subest charitatis imperio, seu qui jejunat, jejunat ob finem charitatis. E contra autem quia est actus elicitus a virtute abstinentie, secundum suam speciem ad finem abstinentie ordinatur, ad carnem nimirum compescendam: ergo &c.

III. Urgetur magis. Actus, qui procedit a fide, tamquam actus proprius, & nulla alia virtute mediante, est actus fidei ab ipsa elicitus, & non solum imperatus: actus enim ab aliqua virtute imperatus, non est actus proprius eius, nec procedit immediate ab illa, sed mediante virtute, cui imperat elicentiam: sicut actus jejunii non est actus proprius, nec procedit immediate a charitate, sed media abstinentia, cui imperat, ut elicit actum jejunii interior: confessionem producit tamquam propriam actum, nulla alia virtute mediante; ergo est actus a fide elicitus, & non solum imperatus.

## §. II.

Solvuntur Argumenta Contraria.

IV. Objicies primo. Idem actus non pertinet ad diversas virtutes elicitive: sed confessio pertinet ad poenitentiam, cuius est actus: pertinet ad virtutem veracitatis, cuius est confiteri exteriori veritatem, quam quis habet in mente; ergo &c.

V. Respondeo dist. maj. Idem actus secundum eandem considerationem, conc. maj. Secundum diversam, nego maj. Ut enim docet S. Thom. hac qu. 3. art. 1. ad 1. Triplex est confessio, que in Scripturis laudatur. Una est confessio eorum, que sunt fidei: & ista est proprius actus fidei, utpote retata ad finem fidei; ut dictum est. Alia est confessio gratiarum actionis, sive laudis: & ista est actus laudis, ordinatur enim ad honorem Dei exterioris exhibendum, quod est finis laudis. Tertia est confessio peccatorum: & hoc ordinatur ad delationem peccati, que est finis poenitentiae: unde pertinet ad poenitentiam.

Ad id quod additur de veracitate, dico, pertinere quidem ad veracitatem, quod homo talem se verbis exhibet, qualis est in mente, absolute loquendo. Sed quod hoc factum in rebus fidei, ad declarandum est ergo; quod idem numero actus secundum varias considerationes potest diversarum virtutum esse materia. Sicut recitatio Symboli, quatenus ordinatur ad divinum cultum, est actus Religionis: quatenus ardua, est actus fortitudinis: quatenus sit ad attentandum Deo etiam voces, est actus fidei.

VI. Objicies secundo exterior fidei confessio est actus fortitudinis superantis timorem: ergo non est actus fidei. Respondeo, dist. ant. Fortitudinis, ut causae per accidens, conc. ant. Ut causae per se, nego ant. & conf. Fortitudo enim concurret ad confessionem fidei, ut causa per accidens, ut re-

movens scilicet impediens fidei confessionem, puta, erubescitiam, vel timorem; non autem per se influendo in illam, Ita S. Thom. citatus ad 2. Actus autem tribuitur soli causae per se.

VII. Objicies tertio. Sicut per fidei fervorem inducitur aliquis ad confitendum fidem exteriori: ita inducitur ad alia opera bona exteriora faciendi: sed hoc non ponuntur actus fidei; ergo &c.

Si respondeatur, fidem ad alia opera bona concurrere mediante aliis virtutibus, & ideo solum imperative: ad confessionem vero fidei concurrere ut ad propriam actum, & nulla alia virtute mediante, ac proinde elicitive.

VIII. Contra est. Fides residet in intellectu, confessio autem fit ab ore, juxta illud Rom. 10. ver. 10. *Certe enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem: sed actus elicitus ab aliqua virtute debet esse in eodem subiecto, in quo est virtus, a qua elicitur ergo non elicitur a fide.*

Secundo. Fidei actus est supernaturalis: ac confessio fidei est naturalis, cum elicitur ab ore, quod materiale est: ergo &c.

IX. Respondeo ad primam instantiam, neg. min. Non enim est necessarium, quod actus ab aliqua virtute elicitus, residet in eadem potentia, in qua est virtus. Nam oratio est actus elicitus a Religione, que est in voluntate; cum tamen ipsa oratio sit in intellectu. Sed, ut actus ab aliqua virtute elicitus, requiritur, & sufficit, quod ab ea immediate hoc est non mediante alio habitu, regulator, ac dirigatur: & quod secundum suam speciem habeat laudem ab objecto formali, & honestate illius virtutis, & quod in illud tamquam in proprium finem ordinetur. Unde S. Thom. hoc art. 1. ad dicit, quod fides interior confessionem fidei producit, tamquam proprium actum nulla alia virtute mediante.

Eodem modo dico ad 2. quod confessio fidei, est materialis, ut tamen immediate regulata a fide, supernaturalis evadit in significando, & exprimeredo.

X. Dicit etiam potest, quod esse fides residens in intellectu non possit esse fidei immediate jure materiale ad eliciendum confessionem externam fidei: ita tamen potest immediate immutatione virtutis transire ad ore: sicut ars, que residet in intellectu artificis, derivat quandam virtutem ad manum, & ferram ad sciendum sciantum: & habitus Philosophiae residens in intellectu derivat in eo Philosophi virtutem ad proficiendum ore philosophicam demonstrationem. Unde sicut sciantum est vere opus ab arte elicitum, & demonstratio ore prolata vere est elicitive ab habitu Philosophiae: sic confessio fidei externa vere a fide est. Quando autem D. Thom. dicit, confessionem externam esse a fide, non mediante alia virtute, debet intelligi de virtute per modum habitus, & que non sit actualis influxus, & participatio fidei.

Ad secundum similiter dici potest: quod licet os sit materiale, attamen per virtutem derivatum a fide, que supernaturalis est, elevatur ad actum supernaturalem pariendum: sicut appetitus sensitivus est materialis perficitur virtutibus supernaturalibus insulis. Quia, ut docet S. Thom. 1. 2. qu. 56. art. 1. *Una virtus pervenire potest ad plures potentias: ita quod in una sit principaler, & se extendat ad alias per modum diffusivum, vel per modum dispositionis, secundum quod una potentia movetur ab alia, vel secundum quod una potentia accipit ab alia.*

XI. Objicies quarto. Negare exteriori fidem non est actus infidelitatis. Nam S. Petrus negavit exteriori fidem; & tamen infidelis non fuit; ergo negare exteriori confiteri fidem erit actus fidei.

XII. Respondeo, negare exteriori fidem posse contingere, vel ex animo manifestandi internam incredulitatem: & sic actus infidelitatis est. Vel retinendo fidem interiori, & illam exteriori negando, solo metu mortis, sicut negavit S. Petrus: & sic quemadmodum in eo, qui solum exteriori confiteretur fidem, retenta in corde infidelitate, confessio illa actus fidei non esset: ita in eo, qui exteriori tantum fidem negaret, retenta fide in corde, illa negatio actus infidelitatis non esset, solum per accidens, & ratione subiecti.

XIII. Objicies quinto. Christus exteriori confessus est, se esse filium Dei; Angeli annuntiarunt Passoribus ejus nati-vitatem; & Gabriel Virgini Incarnationem; Magdalena infu-per ejus Resurrectionem Apostolus nuntiavit; & tamen tales confessiones non fuerunt actus fidei, qui nec in Christo, nec in Angelis, nec in Magdalena, de Resurrectione Christi, fuit.

XIV. Respondeo, neque confessionem Christi, neque Angelorum, neque Magdalene, de Christi Resurrectione, fuisse confessiones fidei. Non enim fuit prolatio eorum, que cognoscant per fidem: sed eorum, que sciebant per scientiam infusam, vel ocularem visionem, sicut Magdalena viderat Christum surrexisse. Sic nec confessio fidei fit ab haeretico est actus fidei divine, sed solum naturalis, & acquiritur persuasio-nis: cum in haeretico fidem divinam non esse, superius ostendimus fit.

## DUBIUM II.

An detur Preceptum de Confessione Exteriori Fidei?

## §. I.

Existentia Precepti Affirmativi.

I. De duobus preceptis potest esse dubium; de affirmativo scilicet, & negativo. Affirmativum est de confitendo fide: negativum autem de fide non negando. De utroque fermo erit, & primo de affirmativo. Quia vero preceptum affirmativum est semper obliget, non tamen ad semper, sed aliquando, & in talibus circumstantiis loci, temporis

ris &c. ut docet D. Thom. hac qu. 3. art. 3. ideo hic quaerimus: An detur preceptum de confitendo exteriori fide aliquando; ita ut aliquando non sufficiat, eam retinere in corde, deinde quaeremus, quando obliget hoc preceptum.

II. Dico primo. Datur preceptum naturale, divinum de confitendo exteriori aliquando fide. Ita S. Thom. hac qu. 3. art. 2. & probat primo ex illo Pauli, Rom. 10. ver. 10. *Certe creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem: ubi eandem necessitatem fecit confessionis fides pro salute, ac fidei interne pro justificatione acquirenda: at fides interna ex precepto necessaria est ad justificationem; ergo confessio fidei ex precepto necessaria est ad salutem.* Unde ver. 9. dixerat: *Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, & in corde tuo credideris, quod Deus suscitavit illum a mortuis, salvus eris.* Videtur potest S. Thomas super dictum locum Apostoli, *leb. 2.* Quae exponens etiam S. Augusti. lib. de Fide, & Symbolo cap. 1. postquam dicit, quod fides officium a nobis exigit, & cordis, & linguae, subjungit: *Quandquidem in sempiterna justitia regaturus, a personis siculis multum salvi fieri non possunt, nisi & nos ad salutem proximoque niterentur, etiam ore profiteremur fidem quam corde gestamus.*

III. Probatur secundo ratione S. Thomae. Potest dari casus, quod ex omissione confessionis exterioris fidei, subtrahatur cultus, & honor debitus Deo: vel utilitas proximi negligatur: vel haeretici aut mali homines suspicentur, non esse vera, que Christiana professio debet; ergo aliquando tenetur Christiani fidem, quam corda tenent, ore confiteri.

IV. Probatur tertio. Illud cadit sub precepto, quod est necessarium ad conservandum unitatem Ecclesiae: sed confessio exterior fidel est hoc modo necessaria; ergo &c.

Min. probatur. Si enim fides, que corde tenetur, ad aliorum aures, & corda voce aliquando non transmitteretur; unus non posset ab alio discere, nec alius aliam fidem docere; quo tota visibilis Ecclesia fibrica subverteretur. Ut enim ait Paulus alio loco, ver. 14. *Quomodo credentis est, quem non audieris? Quomodo autem audieris sine praedicatione? ergo quomodo fides lignis externis est manifestanda.*

V. Quando autem obliget huiusmodi preceptum: quidam in sententia sicut, preceptum confessionis fidei non obligare unquam ratione sui, sed solum ratione aliarum virtutum: puta, cum ex omissione talis confessionis subtrahatur debitus cultus Deo, vel utilitas proximo impendenda: Quae sententia videtur fuisse damnata ab Alexandro VII. Praep. 1. his verbis: *Homo nullus unquam vita sua tempore tenetur elicere alium fidei, nisi, & charitatis, ex vi preceptum divinarum ad eas virtutes pertinentium.* Sententia tamen communis est, hominem ex vi precepti divini teneri, non solum credere, sed etiam aliquando fidem exteriori confiteri.

## §. II.

Tempus Obligationis talis Precepti.

VI. Dico secundo. Tunc obligat preceptum divinum de confitendo exteriori fide, quando per ejus omissionem subtrahatur debitus cultus, & honor debitus Deo, & utilitas proximo impendenda. Sic D. Thom. cujus verba debent intelligi de subtrahatione privativa, non pure negativa, id est, quando ex omissione huius confessionis sequeretur ignominia Deo, vel periculum divini honoris, aut proximi utilitas negligenter: *Pena (inquit in corp.) si aliquis interrogatus de fide tacere: & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non esset vera, vel alii per ejus actionem crederetur, & sic.* Et ibidem ad 2. ait: *Quod in causa necessitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam alii proferre, vel ad instructionem aliorum fidelium, sive confirmationem, vel ad reprimeendum infidelium insultationem. Sed alii temporibus instrere homines de fide, non pertinet ad omnes fideles.* Autem, ut quis interrogatus teneatur fidem proferre, debet interrogari ab habente publicam auctoritatem; ita ut si a privata persona interrogatur, non tenetur, res erit inferiori examinanda.

VII. Probatur autem Assertio. Tunc Fidelis tenetur confiteri exteriori fidem suam, quando vocatur ut testis veritatum fidei. Tunc enim agit causa Christi, & fidei; & si eam non confiteretur, periclitatur honor Dei, utilitas proximi, & fides ipsa: at tunc praecipue advocatur ut testis in causa fidei, quando legitime interrogatur in judicio, & a iudice habente auctoritatem; ergo &c. Et hoc adeo certum est, ut oppositum damnatum fuerit ab Innoc. XI. Praep. 18. quae talis erat: *Si a praesere publica quis interrogatus, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosam consilio: tacere, ut peccatissimum per se non ducimus.* Et merito. Proferatur enim Christus Matth. 10. ver. 32. *Omni ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Caelis est.* E contra autem, Luc. 9. ver. 26. *Qui (inquit) me tribuerit, & meos formavit, hunc vilis hominibus reputabit, cum venerit in maiestate sui, & Patris, & Sanctissimi Angelorum.*

Hinc interrogatio facta tempore persecutionis a Tyrannis, hanc obligationem regulariter inducitur: quia tunc publico certamine agitur causa Christi; & Martyres vocabantur ut testes, & omnia Confessionis cedebat in injuriam fidei, & Dei. Culpandus propterea fuit ille, qui, referente Eusebio lib. 8. Hist. cap. 3. urgente Diocletiani persecutione, aliis in confectio tormentorum libere confitendibus usque ad mortem fidem Christi, solum, cum neque Idolorum aram accessisset, neque profanum quiddam attigerit; nonnullis tamen ipsum sacrificasse dicentibus, calumniam silentio dissimulans aufugit: te-

Gent. Theol. Tom. II.

nabatur enim, aperte negando se Idolis sacrificasse, & se Christianum confitendo, scandalum ab eorum mentibus auferre. Extra hos casus non ad id obligatio fidem exteriori confiteri.

VIII. Nec dicas. Praefco quocumque periculo honoris Dei, utilitatis proximi, & damni fidei, tenetur habere actum fidei interioris pluries in vita, ut decrevit Innocent. XI. damnans hanc propositionem, nu. 16. *Fidem non confiteri cadere sub praecipuo speciale, & secundum se.* Est illam, nu. 17. *Scitis est, actum fidei semel in vita elicere.* Ergo etiam praefco quocumque circumstantia tenebimur, aliquando fidem exteriori confiteri, cum is actus sum habeat honestatem.

IX. Respondeo enim, neg. confes. Nam credere actu interno, sicut, & sperare, ac diligere, sunt actus primarii harum virtutum habentes per se, & propter se honestatem: & sic obligantur, aliquando ipsos propter se, & eorum honestatem elicere. Ac confessio exterioris fidei est cum sit actus secundarius, non cadit sub precepto, nisi quatenus ex ipsa sequatur utilitas ipsi fidei: quae utilitas non urget, nisi interveniant circumstantiae supra allatae.

X. Cum ergo persecutor fidei exigit a Christiano fidei confessionem, tenetur eam proferre, nec silentio, aut tergiversatione satisficere. Nec refert, an tyrannus, qui fidei confessionem exposcit, sit superior ejus, qui rogatur, an non. Quia ratio, cur tunc oportet fidem confiteri, non est auctoritas rogantis in rogatum: sed tunc honor, qui per tacentis erubescitiam Deo subtraheretur, tum scandalum, & damnum, quod proximo obvenire natum esset. Quam ob causam etiam tyrannus, vel quicumque alius non urget, tenetur quis interdum fidem confiteri; si ex ejus silentio honor Deo debitus, vel utilitas proximi periclitaretur. Ut ait Div. Thom. in cap. 10. ad Rom. *Lect. 2. Praecipue Praetati debent predicare fidem subditis suis.*

XI. Petes. Quando auctoritas publica non publice interrogat, ut cum Judex, vel Praetor solus Fidelem de fide fide interrogat, tenetur ne eam confiteri?

XII. Respondeo affirmative. Tum quia: ita fecerunt SS. Martyres, qui saepius a tyranno, vel Praefco solo, non iudicialiter, sed private interrogati, vel fidei aperte confessi sunt. Tum quia: si fidelis illi responderet: Quid me interrogas? Quid tua interest? Responderet potest Judex, quia fuit Judex, quia fuit Praetor. Tum etiam: quia si postea eum coram aliis interrogaret, & quod prius apud eum confiteri ausus non fuerat, ut tenetur, confiteretur; daret occasionem, fidem nostram infundandi instabilitatis, & incertitudinis. Quapropter sive potestas publice interroget, sive private, a aperte confitenda est fides Christi. Si tamen inquires: an sit Christianus, inquirat Religionem, non Nationem, aut alios mores: quomodo Indi Occidentales cum olim odio haberent Hispanos tamquam crudeliter, & Hispanos nomine Christianorum significarent: quando quempiam rogabant, esset ne Christianus, intendebant querere, non an Christum colerent, sed an esset de numero illorum, qui ab ipsis habebantur pro crudelibus homicidis, quos Christianum nomine designare solebant. Tunc enim, ait Bannez, non solum dissimulare, sed & negare possit, se esse Christianum: quia, si non esset Hispanus juxta mentem interrogantis verum responderet.

## §. III.

De Precepto Negativo.

XIII. Fidem perfectionis tempore impune negari, error fuit Basilidis seculo secundo. Quae seculo tertio adoptavit Heliceize, quos refert Eusebio lib. 6. Hist. cap. 38. docuisse: *Inoffensum rem esse, Christum abnegare, & eum, qui sapit, ore quidem tenus in ipso discrimine negaturum esse, sed non ex animi sententia.* Hunc errorem celeberrime effecerunt Priscillianizae, qui ut suos persuaderent, ad occultandas suae sectae abominationes, pro dogmate staterunt, licitum esse etiam cum juramento mentiri. Unde certum vulgatum apud illos axioma

*Jura, perjura, secretum pandere noli.*

Contra hos egimus Tom. 1. in 1. 2. Qu. 3. de Ag. human. mortalit. Dub. 7. §. 2. quae ibi dicta hanc revocanda sunt. Tandem Gregorius David Anabaptista, seculo 16. hanc blasphemiam evomuit: stultum esse, si quis peccatum esse arbitratur, abjurare Christum coram hominibus: quia ideo stolidus fuisse Apollolos, & Martyres, quod eam ob causam mortem subiissent. Contra hos tamen

XIV. Dico tertio. Dogma Catholicum est, dari preceptum de fide non negando exteriori, quamvis interior corde retineatur. Hoc aperte indicavit Christus, Matth. 10. v. 33. cum ait: *Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in Caelis est.* Et Paulus, 2. ad Timoth. 2. ver. 12. dicens: *Si negaverimus, & illi negabit nos.* Pena vero adeo gravis, qualis est negari a Christo coram Patre suo, arguit gravem culpam, & violationem gravis precepti. Probant & hoc verba Christi, §. precedente allata, ex Luc. 9. ver. 26. *Constat etiam, quia mentiri in re gravissima subtrahendo honorem debitum Deo, est precepto gravissime prohibendum: ac qui Christum, vel ejus fidem exteriori negat, & ea retenta in corde, mentitur in re gravissima, subtrahit honorem debitum Deo; ergo &c.*

XV. Id confirmat exemplum S. Petri, & Marcellini Primis quorum uterque exteriori tantum fidem negavit, ut Patres omnem testantur, & historici sacrae Professoribus. Primus quidem verbo, Luc. 22. *Non novi illum:* alter factis, tunc enim obtulit Idolis: tamen uterque lacrimosa poenitentia peccatum suum delevit. Petrus enim, Luc. 22. ver. 62. *Et tunc amara*

Et

Et Marcellinus (si tamen vere lapsus) crimen suum publica humilitatione coram Concilio diluit. Dixit, si tamen vere lapsus...

XVI. Confirmat hoc etiam severa antiquæ Ecclesiæ disciplina, quæ gravissimis poenis subiebat negantes exterius fidem...

XVII. Ex his consequitur, non licere etiam exterius negare, se esse Christianum, vel asserere, se esse alterius Religionis...

DUBIUM III

An liceat aliquando Verbo, vel Facto Negare Fidem?

S. I.

Resolutio Dubii.

I. SEcundum Libertinorum, nostra hac ætate plurimum dilatata in Angliâ, pro dogmate statuit: licere fidem exterius negare...

II. Huic errori vires auxit quorundam doctrina permittentium ut licitam, restrictionem mentalem in casu gravi: cum quo gravissimum reputatur iste, propter gravissimas poenas...

III. Dico ergo. Nullo prætextu, ac nullo in casu licet exterius verbo, vel factum fidem negare, etsi interius retineatur in corde.

Ulterius autem sic probatur. Major est obligatio profitendi fidem in statu legis novæ quam veteris: sed in statu legis veteris non erat licitum, etiam instante persecutione fidem negare...

tur in lege nova, explicatus & fortius urget obligatio eam profitendi. Min. vero probatur ex factis Eleazari, lib. 2. Machab. cap. 6...

IV. Pro hac veritate strenue, & constanter militavit S. Cyprianus lib. de lapsis, & alibi Tertullianus in Apolog. cap. 27...

V. Item S. August. lib. contra Mendacium cap. 2. Præfiliensis arguens, qui abutuntur versiculo 2. Psalmi 14. Qui loquitur veritatem in corde suo quasi factus esset ad iustitiam...

VI. Probat tandem. In nullo casu potest esse licitum, quod ex sua natura contrariatur pluribus virtutibus: huiusmodi autem est negare exterius fidem.

S. II.

Hæreticorum Momenta.

VII. PRimo opponant Gnostici. Christus non exigit a nobis, ut subeamus martyrium pro ipso: cum enim pro nobis semel mortuus sit...

Confirmant. Si Deus hominum sanguinem flagitet, crudelis esset. Rursus: vellet hominem perire sine causa.

VIII. Respondeo. Si præfatum argumentum valeret, concluderet quoque, quod cum Deus humilitatus sit, & factus obediens pro nobis, non possit a nobis requirere, neque humilitationem, neque obedientiam, sive observantiam mandatorum.

niam illi animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere: quanto magis eas ponere debemus pro ipso, ejusque honore tuendo?

IX. Ad Confir. dico, non sequi, Deum esse crudelē, sed iustum: iustum enim, ut animam nostram tradamus pro eo, qui animam suam pro nobis posuit. Et sicut Deus crudelis non fuit, cum filium suum pro nobis tradidit: ita crudelis non est, dum a nobis exigit, ut pro ejus fide, ac honore tuendo vitam tradamus.

X. Secundo opponant Hæretici. Exterior fidei confessio solum necessaria est propter proximos: sed propter proximos non tenemur dare vitam; ergo &c.

Respondeo, falsam esse maiorem, & minorem. Major est falsa: quia non negare fidem, non est solum necessarium propter proximum; sed propter ipsum Deum; & cuius honorem tueri debemus, ut dictum est.

XI. Tertio opponant, post Hæreticas etiam Præfiliensis apud S. August. lib. contra Mendacium c. 2. Licet exterius simulare falsam religionem; ergo licebit exterius negare veram: quia simulatio falsi est quedam negatio veri, & quedam species mendacii.

XII. Respondeo, nego ant. Ad factum Jhu respondit Tom. I. in 1. 2. q. 3. de Act. hum. moral. Dub. 4. §. 3. n. 13. quæ hæc revocanda sunt. Mox dicit, Jhu revera peccasse, neque excusandum esse a mendacio; commendari tamen, & temporaliter remunerari a Deo, non pro simulatione, sed pro zelo destruenti cultum Bial. Rursus ergo fuit reclus, sed medium, quod assumptum, iniquum. Videatur S. Thom. 2. 2. quæst. 111. art. 1. ad 2.

S. III.

An Fidei interrogatus ab habente Privatam Auctoritatem possit Fidem negare?

XV. NON dimicamus amplius contra hæreticos, sed inter Catholicos certamen est. Quidam enim existimant, nunquam licere verbe negare fidem: sive quis interrogetur ab habente publicam auctoritatem, sive a persona particulari, & privata. Horum fundamenta sunt. Qui enim sic negare fidem, honorem debitum Deo subtraheret; & contingere possit, ut damnus, & scandalum præberet Fidei: sicut videtur cum fidem negare, vel judicaret, eum fidem non habere, vel fidem non esse veram.

publicam auctoritatem habente, utpote interrogatus ab ancilla. Et tamen Petrus graviter peccavit. Quare absolute dixit Christus, Matth. 10. v. 33. Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego cum Patre meo; non autem dixit: qui negaverit me coram hominibus publicam auctoritatem habentibus. Politemo: mentiri publicam auctoritatem habentibus, utpote præceptum semper est malum; & non negare fidem, utpote præceptum semper est malum; & ad semper.

XVII. Tutius ergo existimo, eum, qui privata auctoritate interrogetur de fide, esse, eam sine mendacio negare non posse, non teneri tamen eam confiteri; quia hoc est præceptum affirmativum: sed posse absque peccato, saltem lethali, dubio aliquo sermone uti, vel interrogationem repellere; tamquam imperinentem dicendo: Quis me interrogat? Quid tua refero, Christiani? non sum nec in? Eiusmodi enim, vel taciturnitas, vel locutio, neque subtrahit honorem Deo debitum, neque proximo utilitatem: & respondens non fit Christianus. Quod si hæc interrogatio quavis a persona privata fuerit eo loco, & tempore, & in circumstantiis, in quibus ageretur causa Christi; in quibus quilibet fidelis staret, ut testis fidei, Ecclesiæ, & Christi: si ex tali silentio, aut tergiversatione subtraheret debitum cultum: quod maxime accideret, si in loco publico coram pluribus interrogaretur: tunc teneretur etiam aperte confiteri fidem suam.

S. IV.

An pejus sit exterius negare Fidem Verbis, an Facto?

XVIII. IDEs Christi exterius negari potest, ut verbo, aut factis. Verbo negavit Petrus, facto negavit (si tamen verum est de quo supra dubitavimus) Marcellinus, quando thus adolevit idolis. Quartur: An pejus sit hoc secundum, quam primum?

Respondeo affirmative. Et proba. Qui fidem negat verbo, illam vocat certo negat, sed falsam factum opere non producit: qui autem eam negat factis, ipsam negat opere: & falsam factum exterius producit. At gravior est peccare opere, quam verbo: sicut enim in actibus bonis magis bona, & meritoria sunt opera, quam voces: ita in malis gravior est immo gravissimum, factum negare fidem, quam verbo: quia hoc duo mala includit, & negationem veræ, & professionem falsæ Religionis.

XIX. Confirmatur. Ideo negare fidem verbe facilem mendaciam est, quia per illud Christianus mentitur Deo: si enim malum est, hominem mentiri homini, quanto pejus est homini mentiri Deo? Hinc Petrus, ut ostenderet Ananiam, quam grave ejus mendacium fuisset, Act. 5. v. 4. Non est (inquit) mentitur hominibus, sed Deo. At turpius mentiri Deo, qui fidem negat factis, quam verbo. Nam is vocem quidem negat, sed factis non convenit in cultu cum Infidelibus: ille autem & factis ritibus, & cultui Infidelium exterius immiscetur: hoc autem pejus est; ergo &c.

S. V.

An qui Verbo, vel Facto negavit Fidem exterius, et interius corde retinet, subicitur Ecclesiasticis Censuris contra Infidèles latas?

XX. REspondeo negative cum communi Doctorem, quos resert Tom. I. tract. 8. resolut. 25. Sylvestrius in 2. 2. q. 11. art. 1. concl. 2. Et ratio est. Quia poenæ, & censuræ ecclesiasticæ late sunt contra infidelitatem simpliciter talem, & consummatam; hæc autem falo est, qua quis ore, & corde abicit fidem: at qui ob metum, aliamve causam exterius quidem voce dicit, se fidem abicere, eam tamen constanter in corde retinet, fidem non abicit, sed retinet; ergo &c. Rursus: ille talis non est vere hæreticus, ut communiter Doctores apud Albitium de Inconf. in fide p. 1. c. 7. n. 14. & ratio est. Quia non datur hæresis, ubi non datur error in intellectu: sed in eo, qui, licet exterius fidem neget, eam tamen interius constanter retinet, non est error in intellectu: quia firmiter credit quicquid credit Ecclesiæ Catholica; ergo &c. Et proinde ejus peccatum est quidem crimen mendacii in re gravissimum; non est tamen crimen hæresis a sola Papa absolvendum, ac inducens censuras contra hæreticos latas.

XXI. Non latet, Ecclesiam huiusmodi homines punire, tamquam hæreticos, & absolvere a censuris in Tribunali Inquisitionis. Sed id oritur ex eo, quod hoc Tribunal non iudicat de internis; sed dum videt, hunc exterius ejurare fidem, præsumit, eum etiam mentaliter a fide defecisse: & ideo ad cautelam absolvit, tamquam sibi vehementer suspensum. Si tamen accedat ad confessionem Tribunali, in quo creditur poenitentem sincere, & candidè contra se ipsum, vel pro seipso testificantem; si absque fisco deponat, se quidem voce exterius negasse; sed nunquam assensum interiorum præfuisse contra fidem: hoc ipso debet esse certus Confessarius, eum non fuisse hæreticum. A 3 pro

proprie hereticum, ac censuras non incurrit, eoque in foro conscientiae absolvi debet. Adverte tamen Sylvius...

XXII. Dices tamen. Qui negat fidem exterius, eadem, immo majora damna infert Ecclesiae, ac proximis...

XXIII. Respondeo, neg. min. Censuram enim tulit Ecclesia, nescio quid praedicta mala; sed praecipue, ne quis a religione...

XXIV. Ad Confem. nego conf. & disparitas est. Quia Ecclesia censuris contra magos, & usurarios pretendit vitare exterium malum...

DUBIUM IV.

An liceat occultare fidem simulando Altem Protestantum, falsa, ac damnata Secta?

S. I.

Praerogative Opinionem.

I. Suppono dupliciter posse contingere, aliquem simulatore culum fidei sectae protestantium exterius exercere. Uno modo, sermo in Templo idololatricum...

II. Circa quod primo occurrit sententia Hadriani in 4. q. 1. de Baptismo art. 1. ad s. asserentis: licitum esse, occultare fidem ritu...

III. Secunda sententia asserit: licitum esse, occultare fidem, gestando vestes proprias, aut distinctivas falsae sectae...

S. II.

Resolutio Dubii.

IV. Dico. Non licet uti vestibus, ritibus, aut caeremoniis, aut actionibus ex natura sua, vel humana lege institutis ad protestandam falsam Religionem.

Id colligo primo ex usu Ecclesiae antiquae: haec enim verissime animaverit in eos, qui Sacrificiis, cibis, aliisque damnatae sectae ritibus, quomodolibet se immiscuerunt...

laminabatur, talia alimentaria. Edebas tamen, obtemperanter Legi Apostolicae ista dicens: omnia quod in melleo venundantur, comedite, nihil interrogantes propter conscientiam. Ita Theodoricus.

S. III.

Conservatis Satisfic.

X. Obijci solent primo plura simulationum exempla in veteribus Patribus in Sacra Scriptura laudata: ut de Thamar, qui coram Juda simulavit se meretricem...

De hac, & alia proposita sunt, & soluta Tom. 1. in t. 2. q. 3. de Aff. Hum. Mor. Dub. 7. q. 3. quae videnda sunt. Nunc addo: Thamar non esse exculpandam a peccato...

Sinulatio Davidis non fuit vera simulatio, Figurata enim, vel Dei transformationem in incarnatione: vel Christi in Eucharistia, ut exponit S. Augustinus in Psalm. 33. Sermon. 1. De Jhu autem jam dictum est supra, ait D. Thom.

XI. Obijci solet secundo, Apostolorum, post Christi mortem, ad subdandos Judaeos, utque ad promulgationem Evangelii, caeremonias legales, jam abrogatas, exterius simulatore observasse...

XII. Hujus argumenti materiam pro dignitate tractavimus Tom. 1. in t. 2. Traet. de Legibus q. 4. de Legi Veteri dub. 7. per totum. Ubi ostendimus, post mortem Christi caeremonias legales fuisse quidem mortuas...

XIII. Obijciunt tertio, quod Eliseus concessit Naaman tyrio, ut Rege Syria adorante in Templo Idoli Remmon, posset ipse cum Rege adorare, & sic cultum Idololatriae exterius adherere...

XIV. Obijciunt quarto, nego maj. Nam nec Eliseus concessit: Nec Naaman petiit ab eo, ut cum Rege adoraret idolum.

XV. Obijciunt quinto, quod Eliseus adorante in Templo Idoli Remmon, posset ipse cum Rege adorare, & sic cultum Idololatriae exterius adherere: at Eliseus id non permisit, nisi licitum esset: ergo &c.

XVI. Respondeo primo, nego min. Abysynthorum enim Ecclesia Schismatica est, ac multis erroribus contaminata, quos non tolerat Romana Ecclesia, sed detestatur.

Nam hoc quidem probat, peccare eum simulatum, qui servit Domino in actione per se ordinata ad idololatriam Sacrificium, ut ministrando ignem, vinum &c. sicut delatio fealae, vel aperitio januae in ea circumstantia ordinatur ad stuprum...

XVII. Respondeo secundo. Dato, quod apud Abysynthos Catholicos pueri etiam nunc circumcidantur, hoc non sicut in protestatione caeremoniae judicae, vel in observantiam eius, sed ad imitandum dolorem, quem Christus in circumcissione passus est...

XVIII. Respondeo tertio, nego maj. Facto enim exteriori fidem Christi negat, quem non solum interior, sed & exteriori consisteri debet, ac tueri, ideoque in re gravi mendaciter, subtrahit Deo honorem debitum...

XIX. Respondeo quarto, nego maj. Facto enim exteriori fidem Christi negat, quem non solum interior, sed & exteriori consisteri debet, ac tueri, ideoque in re gravi mendaciter, subtrahit Deo honorem debitum...

Ad exempla Sanctorum Martyrum, respondent quidam, hoc eos facile spectat motione Spiritus Sancti: sicut de quibusdam sanctis feminis legitur, mortem sibi conscivisse, ne violarentur: quod tamen in regulam trahendum non est...

Ad exempla Sanctorum Martyrum, respondent quidam, hoc eos facile spectat motione Spiritus Sancti: sicut de quibusdam sanctis feminis legitur, mortem sibi conscivisse, ne violarentur...

Ad exempla Sanctorum Martyrum, respondent quidam, hoc eos facile spectat motione Spiritus Sancti: sicut de quibusdam sanctis feminis legitur, mortem sibi conscivisse, ne violarentur...

Ad exempla Sanctorum Martyrum, respondent quidam, hoc eos facile spectat motione Spiritus Sancti: sicut de quibusdam sanctis feminis legitur, mortem sibi conscivisse, ne violarentur...

De illis autem septem mulieribus, esse illud fuisse locutum, apertius est, dum petierunt, Idola claudi in sacco, & sibi dari. Ex quo facile consilere poterant Praeses, & alii, ea serio nec dici, nec fieri.

eis erat Eusebii constantia pro defensione Athanasi; unde dicens, se subscriptum fore, si nomen Dionysii delevisset; facile negotio comprehendere poterat, cum illud, non serio loqui quod ita contigit. Nam, ut habetur apud Sanctum Ambrosium, *Serm. 69.* cum Ariani nomen S. Dionysii delevisset, expectantes, ut Eusebius subscriberet: *Ne increpans, & irridens, ait: neque ego me vestris sceleribus polius, neque filium meum (Dionysium) vobiscum participare permisco. Unde cum dicit Evangelium, in hac generatione prudentiores filii reprobaram esse, quam lucis: ecce hic ipse tenetis prudentior filius lucis invenitur esse.*

XIX. Sexto obijciunt hujus simulationis testem S. Paulum, 1. *Cor. 9. 4.* *no. de se dicentem: Factus sum Judaeis tamquam Judaeus, ut Judaeos lucrarer: hiis, qui sub lege sunt, tamquam sub lege essent (cum ipse non esset sub lege) ut eos, qui sub lege erant, lucrificarem: hiis, qui sine lege erant, tamquam sine lege essent (cum sine lege non esset, sed in lege essent Christi) ut lucrificarem eos, qui sine lege erant.* Omnis enim factus sum, ut omnes facerem saluos. Igitur S. Paulus licet sibi iudicabat cum Judaeis simulare se Judaeum, cum Gentibus gentilem, ut eos facilius Christo lucrificaret: ergo idem poterit facere Missionarius, nimirum, simulare falsam Religionem, ut ejus professores ad veram, & ad Christum trahat.

XX. Huic obijctioni, quae Priscillianitarum erat, respondet S. Aug. l. *contra Mendacium c. 12.* Quod S. Paulus ait: omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrificarem, comparandum id facit, non mentiendo. *Fit enim quisque tamquam ille, cui vult subvenire; quando tanta misericordia subvenit, quanta sibi subveniri vult: si esse ipse in eadem miseria constituit. Isque fit tamquam ille, non quia fallit illum, sed quia se cogitat, sicut illum.* Nam si propterea quia dixit: Factus sum Judaeis tamquam Judaeus, & hiis, qui sub lege erant, tamquam sub lege, ideo putandum est mendaciter suscepisse legis veteris Sacramenta; debuit etiam & Gentium idololatram suscipere, quia dixit, etiam hiis, qui sine lege erant, tamquam sine lege se factum, ut eos lucrificaret: quod utique non fecit. Debet igitur vir Apostolicus, dum agit cum profelloribus falsae sectae, ex charitate fieri sicut ipsi, compatiendo eorum errorem ex charitate, ut eos Christo lucraret: non vero fieri sicut ipsi, aliquid de eorum ritibus, si superstitionis sint, & falsae sectae professivi: in se admittente, aut Neophilis suis indulgere. Hoc enim Paulus non fecit, sed primum.

XXI. Quapropter cum Missionarii aliquid apud Sinas concederent Neophilis ex illa gente conversis, ut retinere possent aliquos ritus, quos ante conversionem frequentabant; tum erga Confessum celebrem apud Sinas Philosophum, tum erga parentes defunctos tunc haec apud S. Sedem delata, ac serio examinate per multos annos agitata: eam tandem confiterent, tales ritus non esse mere humanos, politicos, & civiles, ut ab eorum favoribus assereretur, sed religiosos, sacros, ac proinde superstitiosos: Clemens XI. anno 1715. 19. Martii sua Constit. quae incipit *Ex illa die*, eos in posterum frequentari prohibuit, additis excommunicatione, aliisque poenis contra oppositum facientes; nec non praeripuit formula iuramenti praestandi ab omnibus, qui ad eas partes missionum causa transferentur super exacta obedientia cunctis in dicta Constitutione praeritis, sub poenis in eadem contentis. Et iure quidem. Nam supposito, ritus illos: eam tandem confiterent, non esse mere politicos, ac civiles, sed sacros, & falsam Religionem redolentes, sicut ex natura sua mali; & ideo nullo bono sine faciendi: ut enim docet August. lib. *contra Mendac. c. 7.* *Ea, quae constat esse peccata, nullo bono causa obtenta, nullo quae bono sine, nulla causa bona intentione faciendae sunt.* Unde S. Apostoli Neophilis ex gentilitate venientibus, nihil de ritibus, qui cultum idololatricum sapere, ut eos Christo lucrificarent, permiserunt.

**DUBIUM V.**

*An liceat Viro Christiano in Terris Infidelium uti signo, aut veste professaria, vel distinctiva eorum Sectae?*

**§. I.**

*Quaedam supponuntur.*

**I.** DE tribus generibus vestimentorum, seu signorum potest esse sermo. Primo enim loqui possumus de illo vestimento, vel signo, quo Infideles utuntur independenter ab eorum secta; quo nimirum uterentur etiam, si talis Religio non esset: vel enim non mutarent: quia nempe, est vestis propria nationis, seu Regni. Sic Turcae utuntur turbanibus, non quia Maumetani sunt, sed quia Arabes, aut Lybii. Et hoc genere vestis, ac signi certum est apud omnes, posse Christianos apud Infideles commemorantes absque ulla scrupulo uti. Natio enim ex extremis damnabilis non est: & proinde vestis indicativa nationis neque erit damnabilis. Legimus enim, *Gen. 41.* Joseph habitu Aegyptio coram Pharaone, & Danielum cum sociis coram Nabuchodonosor veste babilonica ab idololatria mundos permanisse. (*Dan. 2.*) Unde Tertullianus lib. de Idololatria c. 17. *Joseph (inquit) & Daniel mundi ab idololatria, & potestatem, & dignitatem administraverunt, in ornamento, & purpura existeret regni Aegypti, sine Babylonis.* Et post multa ostendit, tales vestes esse indicia honoris, non Religionis, dicens: *Nam si ita esset, utique tametsi sanctitatis, & constantiae virtus, factus habitus indignissimos recessisset.* Et ratio est. Quia in una talis vestis nulla fit damnata sectae professio; sed qui illis utitur, ad summum fidem propriam ostendit, quod licet sit; dummodo non sit in circumstantiis, in quibus eam prodere teneatur, ut supra dictum est.

**II.** Aliud genus vestis, aut signi est institutum quidem ad distinctionem unius sectae ab alia, non tamen per se primo ad professionem illius: qualia sunt Tobalia, idest, vela, seu lineae albae, qui in usu sunt apud Turcas, & Perlas. Et de hoc genere vestis vel signi non est facile determinare, an licite possit Christianus illo uti; cum auctoritas Doctorum pro utraque parte flantium utrumque reddat probabile.

Cajetanus enim in 2. 2. 9. 3. art. 2. dicit primo, quod si aliiubi sit lex, etiam lata a Tyranno, ut etiam consuetudo ab omnibus observata, et Christiani omnes aliquid certa veste, aut signo certo ad professionem suae fidei uterentur; & hoc ab omnibus, sive habitantibus, sive transeuntibus observaretur: peccaret mortaliter Christianus, qui ut se talem occultaret, eo signo non uteretur. Quia tunc est locus, & tempus conservandae fidei, cum tali lege, vel consuetudine interrogetur de fide, & sic quasi testis pro Christo; ideoque argueret propter non vestem manifestandae. Dicit secundo: quod si usus esset, aut lex, quod Infideles uterentur aliquo signo distinctivo a Christianis, non liceret Christiano illud signum assumere: ut si Christianus gestaret pileum, quem Romae gestant Iudaei. Et ratio est. Quia tunc factus professoretur, se esse Judaeum; cum lege factum sit, ut significet, Iudaeum esse, qui eo utitur. Ita Cajetanus. Sed quia videtur nimis rigidus.

**III.** Ideo dicitur alii primo: licet sit eorum signum aliquando viro Christiano relictoque signo lege a tyranno mandatum; ubi nullum scandalum proximorum fuerit, neque utilitas debita proximo, & honor debitus Deo periclitetur. Unde, in casu primi dicti Cajetani, poterit Christianus non uti tali signo, si hoc fiat sine scandalum Christianorum, & ipse alias non agnoscat ab Infidelibus esse Christianum: in tali enim casu non negat, sed solum occultat fidem suam, nec ipse specialiter interrogatur de fide, ut ponatur in circumstantia, qua debeat illam profiteri. Et ratio est ex D. Thom. *2. 2. q. 3. art. 2.* Quia tunc solum obligat praecipuum confessionis fidei, quando per ejus omissionem subtraheretur honor Deo debitus, & utilitas proximis impedienda: quod in casu praesenti non apponitur.

Accedit quod plerumque tales leges contra Christianos non ordinantur ad fidei confessionem, sed vel ad politicum bonum verum, vel ad vitam salutem, aut ad punitionem, vel evitacionem eorum, vel ut ab eis caveatur, ut contingit Iudaeis apud Christianos, qui discernuntur signo, non ad professionem suae fidei, sed ut cognoscantur, & cavere possint ab eis: In quo casu etiam Cajetanus concedit, licitum esse non uti tali signo, vel veste.

Dicunt secundo. Secluso scandalo, & detrimento honoris Dei, licitum esse Christiano uti signo proprio Infidelium, ut linco albo pro tegumento capitis distinguat Paganos a Christianis. Et probant. Qui enim inducit talem vestem, non mentitur falsam Religionem, nec eam defendens est professori, sed solum occultare veram. Ant. prob. a pari. Laicus induens habitum monachalem, ut effugiat Praetoris manus, & Monachus induens habitum laicalem, dum iter agit per Angliam, ne ut Papista occidatur, vel perfectionem patriatur, non peccant, nec mentiantur; quamvis sint leges expresse vetantes, ne laicus induat habitum monachalem, & Monachus laicalem, sed solum censentur vel occultare statum suum, ut imminens periculum evadant: ergo a pari si Fidelis, transiens per terras Infidelium, assumat vestem, vel signum distinctivum, & proprium Infidelium, non censetur profiteri eorum sectam, & facti mentiri, sed occultare suam fidem. Conf. prob. Quia sicut habitus Infidelium distinguit eos a Fidelibus: ita habitus monachalis est signum distinguens Monachos a laicis, & habitus laicis distinguens laicos a Monachis. — Secundo, si utens tali veste, vel signo profiteretur falsam sectam, sequeretur, quod Infidelis ea utens, in tali usu profiteretur falsam suam sectam, & proinde in tali usu peccaret; unde peccarent Iudaei gestantes signum in pileo: sed hoc est falsum: alias peccaret etiam Princeps Christianus praecipiens eis, ut tale signum deferant: induceret enim illos ad peccandum; ergo &c. Quorum omnium ratio est. Quia signa ista est consuetudine, vel lege trahuntur ad distinguendos Infideles a Fidelibus; ex sua tamen primaria, & absoluta significatione, puta vestis, habet, ut sit instituta ad tegendum corpus, a qua non deponitur, per hoc, quod ei superaddatur alia, nempe, ut sit distinctiva. Haec opinio videtur communior.

**IV.** Tertium vestimentorum genus est non solum distinctivum, sed & professivum damnatae sectae: sicut sunt apud Turcas vestes, in quibus figura Lunae picta est, & capilli longi in occipite ceteris tonsis, quae in honorem Mahumetis ab eis deferuntur. Haec autem vestimenta alia sunt pro devotio cultui Religionis, ut vestes Sacerdotales: alia vero etiam ad tegumentum corporis adhibita. De utroque hoc genere vestium, aut signorum praesens dubium procedit.

**§. II.**

*Resolutio Dubii.*

**V.** DE primo. Loquendo de veste instituta ad professionem falsae sectae, est non ad cultum, probabilis est, non licere ea uti vero Christiano. Probo primo. Nam perinde est profiteri exterius falsam fidem factam, ac verbo: ut enim docet S. Thomas *2. 2. q. 147. art. 11. Non re-*

*fieri autem, utrum quis mensuratur verbo, aut quocumque alio facto.* Sed qui utitur apud Infideles veste instituta ad professionem falsam sectam, facto exterius eam profiteretur: ergo mentitur, & peccat. — Nec obstat differentia, quam assignant aliqui inter voces, & alia facta externa: quod voces significationem hujus rei possunt, quam altera non habent ex natura sua, sed unice ex communi hominum voluntate: at res, ut vestes &c. ex natura sua habent, ut significandae, ad quod naturaliter fieri instituitur, nempe, ad vestiendum. Quod vero ordinatur ad professionem Religionem veram, vel falsam, accidentaliter eis convenit: ideoque potest quis eis uti intendens eorum nativam institutionem, non vero accidentariam, nempe, falsae sectae professionem.

**VI.** Nam est Metaphysice, & abstracte loquendo hoc verum sit; moraliter tamen, & in concreto locum habere non videtur. Sicut enim dum quis voce utitur apud eos, apud quos est, ad significandum illud, ut in sensu materiali eam significare, nec dicitur, se in sensu materiali eam professore; sed eam censetur professore in sensu, quo apud illos significat: ita dum vestem institutam ad professandam falsam sectam induit apud eos, apud quos viget institutio, & hoc facti fecit, non ludere; prout ab omnibus credi debet, quod qui eam deferret, sit professor illius sectae, & si aliud intendit, facti mentitur. Unde sicut illic, qui verbo utitur profiteretur sectam Turcae, ab omnibus moraliter habetur pro Turca: ita qui veste, vel signo utitur profiteretur eandem sectam, habendus est pro Turca.

**VII.** Neque dicitur. Superius probabile iudicavimus, licitum esse, uti veste distinctiva Religionis falsae vera. Cur ergo non erit licitum, uti veste, vel signo professivo ejusdem? — **VIII.** Respondeo distansate esse. Nam signum externum mere distinctivum falsae sectae non involvit professionem, vel cultum illius: ideoque ad alium finem potest assumi, cujus signum est, quod Princeps utentes signo mere distinctivo non peccant; nec Infideles fideli praecipiens eis, ut tali externo signo utantur, & eo a fidelibus discernantur, peccat: alioquin peccaret Pontifex jubens, ut Iudaei Romae deferant signum in pileo. At Infideles utentes signo professivo falsae sectae peccant; & peccat is, qui eos tale signum gestare compellitur; quia gestare signum falsae sectae professivum, est exterius talem sectam profiteri, & cultum ejus exhibere: nullus enim potest esse maior cultus falsae sectae, quam verec, licet: propter hoc, ut professio externo signo facta.

Adde, quod est, quando ex folia voluntate Infidelium vestis deputatur ad malam usum, postea a Fidelibus determinatur ad bonum usum: non tamen cum non solum a voluntate infidelium, sed etiam per expressam formam, seu effigiem, determinatur ad professionem idololatricam, etiam quodammodo ex ipsa vestis natura: unde non relinquit locum, ut determinetur ad bonum usum.

**IX.** Dico secundo. Multo minus licet Christiano uti veste, vel signo specialiter destinato ad cultum falsae sectae: qualis est apud Iudaeos vestis Summi Sacerdotis, & Sacerdotum vestes apud Idololatrias, & apud Saracenos specialis vestis cum imagine Mahumetis, & Lunae. Et ratio est. Quia tales vestes proximis ordinantur ad cultum falsae sectae: & quemadmodum Infideles, dum eas induunt, peccant, ita peccaret Christianus, qui eas indueret: licet interius fidem retineret, quemadmodum f. exterius in altari Paganorum thus adoleret. Nam sicut hinc, & nunc inflammatum determinatum est ad cultum idololatriae: ita vestis illa tali tempore, & loco determinata est ad cultum filii Numini.

**X.** Advertendum est tamen: quod haec Assertio non obstat, quod sit licitum in comedis, talibus vestibus uti representantibus personas Infidelium Sacerdotum. Tunc enim cum ab omnibus intelligatur, usum illum non ordinari ad professionem imperioe sectae, sed potius ad illusionem, & spectrem; nulla Deo fit injuria, neque proximis scandalum datur.

**XI.** An vero liceat Christiano in terris Infidelium degenti deponere vestem, vel signum lege, vel consuetudine pro Christianis statutum; ut sit discrimet, se esse Christianum: probabilis censet, licere, ut dixi §. praecedente num. 3.

**§. III.**

*Solvuntur Contraria.*

**XII.** P Rimo obijcies. Joseph, & Daniel apud Reges idololatrias vestibus idololatricis usos fuisse. — Sed ad hoc respondetur, negando ant. Vestes enim, quibus utebantur Joseph, & Daniel, erant vestes honoris civilis, & Magistratus, ut supra §. 1. 2. 1. ex Tertull. l. de Idololatria c. 7. dicitum est (sicut sunt forte vestes, quibus utuntur Mahumetani apud Sinas) non Religionis: ideoque potuerunt illis licite uti.

**XIII.** Secundo obijcies. Licet Clerico, habitu ecclesiastico deposito, seculari assumere, est de hoc leges contrariae sint; ergo similiter licet Catholicis in casu urgenti, habitum Catholicum deponere, & induere paganum.

**XIV.** Respondeo, neg. conf. Leges enim de non deponendo habitum ecclesiasticum sunt humanae; nec obligant in casu necessitatis, sed solum generaliter. Deinde qui deponit vestem ecclesiasticam, & induit secularem, negat quidem statum suum, sed non negat fidem suam; quam negaret, qui vestem professivam falsae sectae indueret. Demum vestis Ecclesiastica, & secularis est instituta ad distinctionem, non ad professionem statum: unde solum inferitur, posse Fidelem uti

veste Infidelium, quae sit pure distinctiva, quod probabile iudicavimus.

**XV.** Tercio obijcies. In usu talium vestium, est professivae sint, nulla est etiam virtualis negatio fidei; ergo &c. Ant. prob. Primo. Quia potest quis eis uti ex sine communi vestis, qui est tegere corpus. — Secundo. Si velis illius gestatio est virtualis negatio fidei, Gentilis ad fidem conversus deberet illam rejicere. — Tercio. Pontifex non potest Iudaeis praecipere, ut signum suae sectae deferrent: & peccaret hoc praecipiendo.

**XVI.** Respondeo, negando ant. Intellectum de vestibus falsae sectae non distinctivus, sed & professivus. Ad primam, probat. Jam dictum est, quod facta institutio per legem, quod tali veste sit professio falsae sectae, talis significatio nequit ab ea separari, sicut nec a voce. Et ideo &c. — Ad secundam dico, conversum ad veram fidem debere statim deponere vestem, & signa instituta ad professionem falsae sectae: posse tamen occultare fidem, utendo vestibus nationis, & forte etiam distinctivis, sicut fecisse legitur S. Sebastianus, qui conversus ad fidem vestem Infidelium non statim exuit. — Ad tertium dico, signum pilei, quod gestare cogitur Roma, & alibi Iudaei, non esse signum professivum, ut dicitur, sed vel distinctivum, vel poenale ut a Christianis evitentur. Unde non est ad rem.

**XVII.** Quaes. An liceat Christianis, in bello contra Saracenos uti eorum vexillis, puta, cum effigie Lunae, vel etiam ipsius Mahumetis?

Respondeo affirmative. Quia licet Turcae ea pingant in vexillis suis in professionem, & cultum suae sectae; Christiani tamen ea pingunt ob alios fines, puta, ad decipiendos illos, quod in bello iusto licitum est. In quo apparet disparitas inter usum vestium cum talibus imaginibus in Turcarum terris, & usum vexillorum. Nam Christianus, qui in terra Turcarum degens talibus vestibus uteretur, cum ad nulum alium finem censetur uti, quam ad indicandum cultum Alcorani daret anam omnibus credendi, cum ad talem finem illas deferret: siquae facta exterius mentiretur eorum sectam. At in bello, in quo Christianus habere non possunt Turcarum, ejusmodi significationem habere non possunt. Quis enim prudenter crederet, Christianos actum dicantem contra Turcas, & in odium illorum, velle talibus signis fieri? Quis enim prudenter crederet, Christianos agere, ad infidias eis parandas; nec nos id negamus: sed tantum negamus, id licere, quando quis inter Infideles degens, metu mortis, similibus vestibus professivis utitur.

**§. IV.**

*An liceat Fidelis ad Fidem occultantiam vestis eorum Infidelibus sibi prohibitis?*

**XVIII.** D UPLICITER potest contingere casus iste. Primo. Si quis transiens per haereticorum fines, ubi, si non manducet, dignoscatur ut Catholicus, siquae periculum mortis subibat: an ipsi liceat in die prohibito, ut discipulet se Catholicum, carnes manducare. Et casus isti propositio, communiter respondent Theologi, licere. Abstinentia enim a carnibus tali die non est per se instituta ad professandam fidem Catholicam; sed tantum instituta lege positiva humana; & qui cum dispensandi vitae non obligat; unde in ea dispensatur ob iuramentum, quae praecipuum naturale confervandi vitam praevalat quocumque legi positiva: quanto ergo magis in casu imminenti mortis?

**XIX.** Secundo contingere potest casus. Si nimirum eus carnium die Veneris sit ab haereticis instituta in professionem suae sectae, & in contemptum Religionis Christianae: an liceat viro Catholicis apud ipsos versanti, carnes eorum ipsi comedere: ne tamquam Catholicus agnoscat, & supplicio etiam extremo afficiatur.

**XX.** Respondent aliqui, inter quos Becanus *cap. 9. de Externo Actu Fidei num. 23.* quod primo potest praerexere aliam causam, cur velit abstinere a carnibus, puta, debilitatem stomachi, nauseam, vel aliquid simile; modo sine mendacio fiat. Si vero non putavit sufficere talem excusacionem, vel de ea non cogitavit; secundo dicit, distinguendum esse. Nam si sit apud Lutheranos, ubi non est periculum vitae, sed tantum irrisio; debet abstinere a carnibus, & se Catholicum fateri: maxime si ad hunc finem proponatur, ut dignoscatur, an sit Catholicus, nec ne. Si autem sit apud Calvinistas, & maxime in Anglia, vel alibi, ubi viget persecutio; ita tunc sine vitae periculo, ab eis abstinenti, se Catholicum fieri non possit; licet illi, secluso scandalo, vestem comedat, & hoc modo, ad evitandum mortem, Catholicum se dissimulare, Et hoc dicit esse in Anglia usitatum. Et de rationem, quia eis carnium non est institutum ad professionem falsae Religionis; nec abstinentia a carnibus est ab Ecclesia instituta ad discernendos Catholicos ab haereticis, sed ad macerandam carnem. Lex autem humana non obligat cum periculo vitae, quando utilitas, quae nascitur ex legis observatione, non est tanta, quanta vita Catholici hominis. Quae autem utilitas sperari potest, si, abstinendo a carnibus, quis proderet se Catholicum? Certe via alia, quam firem haereticorum contra se, ceterosque Catholicos concitare.

**XXI.** Alii vero negant, in illo casu licere, quia apud Lutheranos, & Calvinistas eus carnium, puta, die Veneris, cum sit introductus tamquam signum professivum eorum sectae, ut a Catholicis distinctae; siquae cum falso dogmate conne-